



CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

Prot. N. 1061-15/06

ULTRAIECTEN.

Beatificationis et Canonizationis
Servi Dei **ALFONSI ARIENS**
Sacerdotis Dioecesani.

Rev.mus Dominus D. Ioannes Heeffter, Procurator in Urbe Episcoporum Bataviae, ab hac Congregatione de Causis Sanctorum petit ut Transumptum Inquisitionis Dioecesanae Suppletivae, apud Curiam ecclesiasticam Ultraiectensem peractae, super vita et virtutibus necnon continuatione famae sanctitatis Servi Dei Alfonsi Ariens, Sacerdotis Dioecesani, clausum sigillisque munitum in actis eiusdem Congregationis asservatum, aperiri possit.

Haec Congregatio, attentis expositis, pro gratia iuxta preces benigne annuit: servatis de cetero omnibus de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Congregationis, die 23 mensis Martii A.D. 2006.

Iosephus Card. Saraiva Martins
Iosephus Card. Saraiva Martins
Praefectus

+Eduardus Nowak

+Eduardus Nowak
Archiepiscopus tit. Lunensis
a Secretis